



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

In qua ætate factus est homo. D

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Opinio Au-  
gust. lib. 7.  
cap. 25. ad  
principiū.*

*Aug. ca. 27.  
li. 7. de Gen.  
ad literam  
in prin.*

*Ibid. ca. 26.  
in princip.*

*Aug. li. de  
Gen. ad li-  
teram 6. c.  
10. ad prin.  
Exod. 7. b*

*Exod. li. 6. ca  
15. in fine.  
\*causarum.*

*Lib. eod. c.  
17. ad prin.*

ter doctos scrupulosa quæstio est, Aug. n. super Gē, tradit, animā cum angelis sine corpore fuisse creatam, postea vero ad corpus accessisse: neq; compulsā est incorporari, sed naturaliter illud voluit, i. sic creata fuit, vt vellet, sicut naturale nobis est velle viuere. Male autem velle viuere, non naturę, sed voluntatis est peruersæ. Alii vero dicunt animam primi hominis in corpore fuisse creatam: ita exponentes verba illa, Inspirauit in faciē eius spiraculum vitæ, i. animā in corpore creauit, quæ totum corpus animaret: faciem tamen specialiter expressit, q̄a hæc pars sē sibus ornata est ad intuenda superiora. Sed quicquid de anima primi hominis æstimetur, de aliis certissime sentiēdum est, q̄ in corpore creentur. Creando n. infundit eas De⁹: & infundendo creat. Dicendum est etiam, animā illam non sic esse creatam, vt præscia esset operis futuri iusti vel iniusti.

*In qua ætate Deus hominem fecerit.*

*D.*  
Solet etiam quæri, vtrum Deus hominem repēte in virili ætate fecerit, aut perficiēdo, & ætates augēdo, sicut nūc format in matris vtero? Aug. super Gen. dicit, q̄ Adam in virili ætate continuo factus est: & hoc secundum superiores, nō inferiores causas, i. secundum voluntarē, & potentiam Dei quam naturę generibus nō alligauit: qualiter & virga Moyſi conuerſa est in draconē. Ne cælia cōtra naturā sunt, nisi nobis, q̄bus alter naturæ cursus innotuit: Deo autē natura est q̄ facit: Non ergo contra dispositionem suam illud fecit Deus. Erat n. in prima creaturarum cōditione, sic hominem posse fieri: sed non ibi erat neceſſe vt sic fieret: hoc n. non erat in cōditione creaturæ, sed in beneplacito creatoris, cuius voluntas neceſſitas est. Hoc n. necessario futurum est, q̄ vult & præſcit. Multa vero secundum inferiores causas futura sunt, sed in præſciētia Dei futura non sunt. Si autē  
ibi

ibi aliter futura sunt, potius futura sunt sicut ibi *Eod. lib. ca.*  
 sūt, vbi præcessit ille, qui non potest falli. Si ergo *18. ad prin.*  
 factus est Adam non secundum inferiores causas,  
 quia non erat in rerum causis seminalibus, vt ita  
 fieret: sed secundum superiores, non contra natu-  
 ram operantes: quia in rerum causis naturalibus  
 erat, vt ita posset fieri

*Quod homo extra paradysum creatus, in paradyso  
 sit positus: & quare ita factum sit.*

E

Hominem autem ita formatum tulit Deus, vt *Genes. 1. d.*  
 scriptura docet, & posuit in paradyso voluptatis, *Aug lib. de*  
 quæ plātauerat à principio. His verbis aperte Mo- *Gen. ad li-*  
 yses insinuat, q̄ homo extra paradysum creatus. *teram 8. ca.*  
 postmodum in paradyso sit positus: Quod ideo fa- *in princ.*  
 ctum dicitur, quia non erat in eo permāsurus: vel  
 vt nō naturæ, sed gratiæ hoc assignaretur. Intelli-  
 gitur autem paradysus localis, & corporalis, in q̄  
 homo locatus est. Tres n. generales de paradyso  
 sententiæ sunt. Vna eorum, qui corporaliter intelli-  
 gi volunt tantū. Alia eorum qui spiritualiter tan-  
 tum: Tertia eorum qui vtroq; modo paradysum  
 accipiunt. Tertiam mihi placere fateor, vt homo  
 in corporali paradyso sit positus: qui ab illo prin-  
 cipio plantatus accipi potest, quo terram omnem  
 remotis aquis, herbas, & ligna producere iussit.  
 Qui et si præsentis Ecclesiæ vel futuræ typum tenet,  
 ad literam tamē intelligēdum est esse locum  
 amoenissimum fructuosissimū, magnum &  
 magno fonte fecundum. Quod dicimus, A princi-  
 pio: antiqua translatio dicit, Ad orientē. Vnde vō *Qualis sit*  
 lunt in orientali parte esse paradysum, longo in- *locus para-*  
 teriacente spacio vel maris vel terræ, à regionib; *dysi & vbi.*  
 quas incolunt homines secretum, & in alto sitū,  
 vsque ad lunarem circulum pertingentem, vnde  
 nec aquæ diluuii illuc peruenerunt.

*De lignis paradysi, inter quæ erat lignum vitæ &  
 lignum scientiæ boni & mali.*

F  
IN